



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

Annus 1637.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436

venib[us] ex Maria Anna Austriaca Ferdinandi Imperatoris filia Ferdinandus. Maria Electrix puerpera tertio die post baptismum infantis ad vitæ lineam propè extremam deducta repente convaluit ope D. Francisci de Paula. *Annales Boic.*

Ratisbonæ in comitiis II Calendas Janua-
rii Ferdinandus Rex Ungariæ & Bohemiæ renuntiatur cum ingenti plausu & gratula-
tione, frustra obſidente Gallo, & protestan-
te Carolo Ludovico Palatino, Romanorum Rex. Secuta est inaugratio ſolennis die Dece[mber] penultimo.

A N N U S 1637.

Succubuit hoc anno non tam morti &
bellis, quam victiarum cumulo Ferdi-
nandus II. rebus humanis exemptus 5 Fe-
bruarii. Imperator verè magnus, pius, fœlix,
& augustus, cui bene conveniunt elogia Si-
racidæ de Rege Josiâ Eccl. 49. Quod directus
fuerit diuinitus in pœnitentiâ gentis, rulerit
abominationem impietatis, gubernaverit ad
Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorū
corroborationem pietatem.

Pietatem ejus in Deum vel ex uno cognoscere liceat, quod anno 1600 humili habitu viatorio inductus cum serenissimâ conjugie

Maria

Maria Anna Bavaria, & pedes ex Styriâ ad Deiparam Lauretanam peregrinationem instituerit, ibi q; fœdus pepigerit cum castorum acie ordinata adversus orbem ferè universum, qui postea contra eundem Imperatorem maligno fœdere conjuravit.

Sub auspiciis Ferdinandi III. mense Iulio eripitur Gallis fame prope modum energetis à Werthio Hermansteinum , arx ad Rheni & Mosellæ confluentes munitissima.

Mense Augusto castra Gallo-Weinmariensium à Werthio eodem ingenti fortitudine expugnantur, hostesque tormentis, annona , & impedimentis omnibus exuti ultra Rhenum cum dedecore rejecti.

In Saxonîa Bannerus ductor Suecicus post acceptas clades varias, & amissas urbes non paucas magni nominis ad extremos usque Pomeraniæ fines repellitur à Galasso.

In Italiâ & mari mediterraneo vario marte pugnatum inter Gallos & Hispanos , eorumque fœderatos.

In Belgio Cardinalis Infans eripit Hollandis Venloium & Ruremundam. Hollandi vicissim Augusto exeunte obsident Bredam, & post novem hebdomadas ad deditionem compellunt.

Nangasachi in Japoniâ die 17 Octobris
illustri martyrio afferuit fidem Christianam
P. Marcellus Mastrillus Soc. Jesu, qui ante
annos tres Neapoli è morbo lethali, ingenti
prodigo vitæ & sanitati integræ momento
fuit restitutus ope D. Xaverii.

A N N U S 1638.

CÆsariani & Bavari sub Ducibus Savellio & Werthio cogunt Weinmarium
cum ingenti suorum & Gallorum auxiliariū
clade solvere obsidionem Rheinfeldæ ; sed
dum agunt securiūs , ab eodem inopinatō
obruti vel trucidantur, vel capiuntur. Wer-
thius , qui omnium diutissimè restitit ,
cum Enckenfortio Speerreütero, Fürsten-
bergio, & aliis Præfectis , excepto Savellio,
in Gallias missus fuit, grande donum Ludo-
vico Regi. Victoriam auxere hosti Rhein-
felda dedita cum castro Rötelensi, tum Fri-
burgum Brisgoviae , & demum Brisacum
non vi sed fame domitum.

Felicior fuit res Hatzfeldio supremo Cæ-
saris Tribuno in Saxoniâ inferiore contra
binos Friderici Palatini filios Carolum Lu-
dovicum & Rupertum , quos memorabili
pugnâ ad Lemgoviam ii. Maji profligavit,
capto ipso Ruperto , & Carolo vix ægrè di-
lapso.

Amu-